



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISSERTATIO MEDICA,
 INAUGURALIS,
 DE
 PHTHISI PULMONALI
 A
 TUBERCULIS ORIUNDA.

QUAM,
 ANNUENTE SUMMO NUMINE,
 Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
 D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
 Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
 RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JOANNES, RUTTER,
 ANGLUS,

Societ. Physic. Edinenf. Soc. Honorar.

et Praefes Annuus;

Societ. Reg. Med. Edin. Soc. Extraord.

Nec non,

Societ. Nat. Studios. Soc.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
 Apud BALFOUR et SMELLIE,
 Academiae Typographos.

85

Professor Hope -



Avunculo suo,

G U L I E L M O B R O W N S W O R D,

in Cumbria

Jurifconsulto,

Vitae integerrimo,

S.

J O A N N E S R U T T E R.

Quoniam tu, cognate dilectissime, tot et tanta in me beneficia contulisti, sit tibi hoc opusculum, studiorum meorum primitiae, tuo nomine inscriptum, grati animi indicio.

Edin. Id. Jun. }
7^{mo} die 1786. }

5
Professor Hope -



Avunculo suo,

G U L I E L M O B R O W N S W O R D,

in Cumbria

Jurifconsulto,

Vitae integerrimo,

S.

J O A N N E S R U T T E R.

Quoniam tu, cognate dilectissime, tot et tanta in me beneficia contulisti, sit tibi hoc opusculum, studiorum meorum primitiae, tuo nomine inscriptum, grati animi indicio.

Edin. Id. Jun. }
7^{mo} die 1786. }

DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

Phthisi Pulmonali, a Tuberculis
Oriunda.

QUANTUM de saeculis jamdudum praeteritis novimus, per nostram hanc insulam saeviit *Phthisis Pulmonalis*, quotannis eam compluribus incolis suis orbans; ab ea neque est immunis vegeta juvenus, nec eandem summa cura propulsare, aut etiam lenire, penes medicos fuit haecenus. Quis ergo miratur, aliquem honores medicinae summos aggredientem, velle morbum aetati juvenili adeo infestum tractare?

Atqui, ut rem ipsam aggrediar, exhibebo ejus definitionem, quam equidem nobis suppeditavit Cullen. ill. * :

†

A

Corporis

* Synopf. Nosol. Method. ed. 4ta, 1785, vol. ii. p. 158.

2 DE PHTHISI PULMONALI.

‘ Corporis emaciatio et debilitas, cum tussi, febre
‘ hectica, et plerumque expectoratione purulenta.’

ENARRATIO SIGNORUM.

Infidiose viam sibi struit hicce morbus, praegressio non alio, subinde oboriens. Tussi primo vexatur aeger, sicca, non valida, brevi, crebra; diu perstat eadem; nec interea malum intentans augurantur, vel ipse decubiturus, vel sui. Aeger frigore applicato citius solito adfici potest. Deincipit, *Catarrho* praesertim accedente, ingravescit tussis; atqui diutius, quam solet *Catarrhalis*, commoratur: Magis timenda equidem, si quando sub aestate accrescat †. Valde gravatur pectus; spiritus aegre recipitur, atque spirandi ambulatione labor auctus.

Aegro decumbente, est tussis vehementior. Morisonus celeb. inquit, aegrum magis tussire, si in unum latus, prae altero, conquiescat. Noctu praesertim conamina sua irrita, quietem relegantia, exercet tussis; exsomnia ideo nox absumentur; proinde, ex lassitudine, marcōr et segnities: Taedio est omnis exercitatio, et inertia placet sola. Sub initium dolores lancinantes, vel pectus, vel ejus latera, torquent. Sub
sternum

† Vide *libell.* Cullen. *first lines*, vol. ii. sec. DCCCXC.

sternum plerumque primo resident isti, et maxime inter tussendum, vel graviter respirandum, sentiuntur: Saepe autem latus alterum solummodo, id vero constanter vexant, tanta vi, ut ne equidem in id absque molestia reclinetur corpus: Iidemque vel *Catarrho* ingruente, vel quatiante tussi, adhuc magis intenduntur. Levis adest horror. Dolor, necnon et calor, dorsum, artus, atque eorum articulos, obsident*.

Signa jam memorata, aliquando per menses, immo annos, augminis expertia permanent; facilius autem interea frigus laedit; et *Catarrhus* exinde accessionibus suis infestat. Morbo durante, tussis gravior; amoto, iterum sublevatur.

Quum sic se res apud aegrum habeant, mala ejus omnia, si auxilia idonea non admoveantur, ingravescunt; tussit assidue; noctu interdiumque somnus procul; inter cibum sumendum, a tussi vexatur adeo, ut mox quodcumque ingestum vomitu rejiciatur; et equidem a pastu ferme semper hoc subest. Dolores circa thoracem nunc temporis etiam magis recrudescunt. Aegrius et celerius reciprocatur spiritus. Clangosa fit vox et rauca. Quasi obtunderetur acies, videntur oculi hebetes, minusque micantes. Pallet autem vultus languescens, atque iners.

Adhuc a tussi excreatur nihil: Sed, quando ea diu agitaverit aegrum, expuitur, praecipue horis matutinis, materiei aliquid, spumosae primum, parcae, et nonnunquam

4 DE PHTHISI PULMONALI.

nunquam fanguine striatae * ; secernitur autem postea haec copiosior, viscidior, et minus pellucida : Coloribus quoque ejus variat eadem, nunc lutea, nunc viridis, vel cineracea ; foetet insuper, purulenta †. Sputo sic se habente, decrefcunt, magis atque magis, aegri vires. Mulierum cessant menstrua ; quae res, negante equidem sexu, a viris illustrissimis ‡, pro effectu potius quam causa morbi habetur.

Pulsus, ineunte morbo, sanum simulat ; et equidem, quamdiu supersunt plura e symptomatis jam recensitis, idem perstat. Attamen, ut optime monet illust. Culenus §, quum non diu, multa febrem signaptia adfuerint, celerius solito pulsatur. Idem observavit clar. Mortonus || : scilicet, quod ‘ pulsus, pro gradu febris, aliquatenus celerior est, quam par sit.’ Ab aliis equidem, pulsum non modo celerem, sed etiam durum esse, indicatum reperimus ; Tactui quoque instar chordae offendens ; interdum etiam plenus esse dicitur.

Alia autem symptomata praeter pulsum a solito versus sese obviam ferunt. Febricitare incipit aegrotus ; atque exinde sub vesperem exacerbatur : Etenim exinde adhuc magis citatus fit pulsus, augeturque calor et sitis. Febricula remissionem mane subit ; sudore erumpente, plus minusve corporis humectante, mitescunt omnia : Per breve tempus haecce febris recrudescit abnormis.

* In Phtisi a tuberculis orta rarius haemoptysis se prodit.

† Morton Phtis. p. 126.

‡ Praeclar. Fothergill et Cullen.

§ First lines DCCCXCIII.

|| Phtis. p. 123.

abnormis. Demum autem praefert notas *Hecticae* febris; cujus singulis diebus accessiones binae adoriuntur; haec, circiter meridiem, ingruens, illa autem mediam noctem; levior autem haec illa. A languore frigente, interdum etiam horrente, vesperi orditur febris: Huic superveniunt calor auctus, sitis, inquietudo, tussis magis et vehemens et crebra, pulsus citatior, respiratio aegrius alternata. Pectus gravatum; necnon dolor magis acerbus; qualia denique ab aegro sompnum omnino fugent. Hoc modo progreditur febris accessio usque ad horam circiter 2dam matutinam iras accendens suas; deinceps sublevatur pedetentim: Leniora fiunt omnia: Absistit calor; plus minusve ubertim aut late exudatur; fit pulsus, qualis ante morbum, plenusque; si excipias, quod subinde sanitatis numerum superet; rarior nihilominus quam in febre. Aegro aliquid levaminis est; tussis praeterea interquiescit; neque enim tam vehementer ingruit, aut saepe, neque tantum coarctans. Majori necnon copia et facilius excreatur: Dulcis, vel falsus, vel eximie ingratus, sputi sapor est. Dolores pectoris levantur; nunc quoque somno aeger fruitur: A somno autem minime refectus, hebes atque pallens expergiscitur. Pergit exinde per aliquot horas febris inminuta; immo intervallis aeger ab ea aliquando ferme vacat.

Redintegratur etenim, quanquam lenior, circa meridiem accessio febrilis: Nec defuere, qui opinati sunt, cibum meridianum eandem accessionem concitare;
hanc

6 DE PHTHISI PULMONALI.

hanc autem sententiam Cullenus sagaxi, ex suis observatibus refellit; affirmans, scilicet, accessionem horae spatio meridiem antecedere, vel subsequi; nec prandio, nec cibi sumptioni, quodammodo conterminam esse: Circiter horam quintam postmeridianam, febris aliquantulum remissionis patitur; atque hanc remissionem denuo alia accessio, eundem peractura cursum, et similia exhibitura, gradatim conficit.

Dum sic progreditur morbus, magis interea febris *Hectica* penitus infidet, viresque suas adauget; ineunte vero eodem, anorexia, urina subrubra, vigilia, calor extrema corporis, praecipue autem pedum plantas, volasque manuum perstringens, febrim comitantur. Corpus totum propere macrescit. Genis et equidem extremo mento offunduntur rubores circumscripti, dum reliqua insigniter pallore contristantur. Labia quoque solito ruberora fiunt. Rubor autem vasorum tunicae oculi adnatae evanescit: Oculorum globi exalbidi fiunt; colorem, quasi lactis et aquae commistorum, accipientes*.

Lingua, ingruente morbo, albescit; at versus intima oris lutea videtur; nitescit equidem, quum jam ad extrema perventum sit, rubescit necnon ejus apex.

Os plerumque, ut olim, madet, nec interea fitis immodica molestat: Eodem tempore, et fauces, aequae ac
lingua,

* Nec aliquid signum praeter hoc, una cum rubescente lingua, postulat sag Cullenus; ita enim ab eo accepimus, ut statueret, tamen de omnibus aliis ambigeretur, febrem *hecticam* revera abortam esse †.

† In Praelect. de Praxi Medica.

lingua, calescunt; videntur inflammatae, et *Aphthis* obducuntur.

Urina usque ab incepto malo parca, rubra: Rubrum sedimentum quoque, vix unquam vasis fundum pertingens, ubertim deponit.

Appetitus ad cibum assumendum, per totum morbi decursum, haud multum depravatur.

Adstricta est alvus, sub morbi exorsum; ex progressu vero soluta fit; et ejus *Diarrhoea* colliquativa dicta, cum sudoribus alternat; sudoribus, scilicet, coercitis, *Diarrhoea* profluit, emanantibus, fistitur*; quo fusius necnon profunduntur sudores, eo largius invicem ex alvo dejectur; et vice versa.

A morbo insuper fere nascenti, functiones omnes suas fractas quasi, et debiles, laborans perferentiscit; quod equidem indies accrescit, ut indies accedunt omnium ultima. Luridum nunc aspectu corpus totum, moerorem injiciens: Tabescunt etenim omnes artus. Vultus pallore et tristitia insignitur. Subsident oculi, acuuntur nares, eminent malae, et tempora cavantur: Raptim ingeminantur omnia quibus terror adest et lethum, usque ad vim adhuc insuetam cito concrefcentia. Deciduum capillamentum. Incurvati fiunt ungues; et oedemate pedes afficiuntur; *Diarrhoea* augetur magno opere.

* Illustr. Monro, in praelection. suis praestantiss. dixit, sibi comparuisse, diarrhoeam interdum tussi praecedentem; opinaturque, diarrhoeam hanc eidem fere causae, ac tussis, tribui debere; nempe, quoniam a tuberculis in pulmonibus tussis, a glandulis induratis mesentericis, similiter ortum trahat.

re. Tuffis autem, fputum, fudorefque nocturni minuantur, atque febris lenitur. Aft aeger, viribus jam omnino profratis, faepe linquitur animo. Paucis nec non ante fupremum diebus, mente quodammodo alienata, delirat nonnihil : A morbo equidem immunis et illaefa permanferat mens haftenus ; fovebat quoque fanitatis fpes refocillans, fed inanis et fallax. Deinceps vix ad fputum ejiciendum fufficiunt vires, et infans fuffocatio angit, ufquedum mors, malorum ultimus pactor, e medio tollit miferum.

Haftenus de fignis ; quae equidem in eodem ordine non femper proveniunt ; nec eodem temporis fpatio curfum fuum peragunt ; aegrum etenim interdum funeri intra paucos menses transfunt : Saepius autem per annos cunctantur ; nunc acerbiora, nunc quiefcentia : Hyeme valentia, aestate ferme fublata ; aft iterum fidere brumali vehementius recrudefcentia, tandem interimunt. Interdum vero, nec tempeftate, nec coelo lenita, fed acriter et pertinaciter urgentia, cito a vivis auferunt.

DE DIAGNOSI.

Maximi eft momenti, quod ad ufum medicum, ut nonnulli morbi, *Phthifin* fimulantes, ab illa quam accuratiffime difcernantur.

Inter

Inter alias revera *Phtbiseos* species, Tabem et *Atropbiam* atque hanc *Phtbisin* veram seu legitimam pulmonibus, una cum ea ingruente, male affectis, facillime internoscitur.

Sub initium autem, haerere solet medicus, dubitans, an *Phtbisis Pulmonalis* adsit, an *Catarrhus*. Diuturnior etenim gravedo, formam sibi tam similem *Phtbiseos* adrogat, quod nonnulli medici, et praesertim recentiores *, ad istos morbos non modo signis solitis, sed natura sputi, quod ab ambobus excreatur, inter se invicem distinguendos multum operae impenderunt. Inter progrediendum vero, satis longe discrepant.

Arida et levis fere semper per menses aliquot a *Phtbisi* invadente tussis est; interdium plerumque mitior, post intervalla longiuscula nec certa, subitura: Noctu saevius et vehementius laceffit, accedente quoque difficili respiratione. Gravatur pectus immodice, et exagitat a pastu vomitus †. Molestus, in hoc illudve latus, est decubitus. Haec in *Phtbisi*.

In *Catarrho* autem contra, ferme a primo impetu tussi excreatur aliquid plerumque tenue: Eademque etiam si noctem aequae ac *phtbifica* inquietet, violentior tamen est, nec ferme unquam cessans: Neque interea tanto pondere ac in *Phtbisi* pectus gravante laborat iste, cui contingere talia. Nec vomitus subsequitur pastum; nec aegre recumbitur.

†

B

Constat

* Sennertus Pract. Med. l. ii. p. 204. Morton, Ed. Lond. 1689, p. 126. Ill. Cullen. first lines, vol. ii. p. 359.

† Quod signum tanquam pathognomicum habuit Morton.

10 DE PHTHISI PULMONALI.

Constat igitur ex praegressis, discrimen notabile inter *Phtisim* et gravedinem intercedere; quoniam, in *Phtisi*, aridius, levius, et rarius tuffitur; quoniam pectus est magis gravatum; quoniam cibi sumptio vomitium ciet; et decubitus in latus plus doloris affert.

Medici vero iis, quae jam prolata sunt, parum confisi, quoniam *Phtisim* inter et *Catarrhum* solito graviorem non semper in promptu *Diagnosis* fit, excreatae materiae cujusque perscrutari naturam aggressi sunt. Expuitur autem in *Catarrho* mucus, pus autem in *Phtisi* quum jam confirmetur. De utroque igitur, ut penitius, quid sit inter ea, discernatur, facta est indagatio exquisita; et utriusque dotes, cum iis quae exinde pendent, solerter uti mos, Cullenus illust. enumeravit; statque ei sententia monstrandum iri, an pus, an mucus egeratur a sequentibus; praesertim si in unum conferantur: Posuit enim distinctionem exhiberi,

1mo, *Colore*.—Mucus natura tralucet; opacum pus; mucus necnon obscurior, vel flavet, vel albescit, raro autem inficitur, sicut pus, virore.

2do, *Spissitate*.—Viscidior enim est sincerus mucus, magisque tenax: Idem insuper in aquam minime diffunditur; nec cum ea, etiamsi agitetur, sese miscet, natans scilicet quasi moles rotunda in ejus superficiem: Pus autem, si eodem modo agitetur, in frustra laciniosa spargitur.

3tio, *Odore*.—Mucus vix unquam, pus saepe foetet: Olent equidem ambo foede, si prunis superinjiciantur, nec amplius odore inter se distingui possunt.

4to, *Gravitate specifica.*—Levior super aquam natat mucus; dum pus fundum petere solet: Errore vero, quod ad hoc discrimen, fortassis implicemur; pus etenim, immisto aëre, levetur ab eo; et mucus, orbatus eodem, deprimatur.

5to, *Specie.*—Sputum flavescens, vel subviride, alieno quodam pellucente involutum plerumque pus habendum est; translucens autem mucus.

6to, Rebus, quae forte adjiciantur, salibus, scilicet. Experimenta enim a C. Darwin ingen. instituta docent. 1mo, Mucum ab Acid. Vitriol. magis quam pus solubilem esse: Mucum ab aqua solutioni adjecta, iterum diffociari: Et sese vel in aquae superficiem efferre, vel flocculorum forma per eundem fluitare. Pus interea ex aqua adjecta in fundum praecipit ferri, et succussum per eandem ubique dispergi. Praeter haec, *alkali causticum* pus aequè ac mucum adripere: Pus autem, aqua admista, se jungi, mucum minime.

7to Febre *Hectica Phthiseos* affecta, potissimum de discrimine inter eam et *Catarrhum* ejus simulatorem, intercedente liquet: *Catarrho* equidem febris adjungitur: ast nequaquam *Hecticae* characterem vendicans; videlicet, quae scriptoribus jure celeberrimis, puris in corporis quibusdam partibus congesti, indicium minime negligendum perhibet.

Idem ideo, febre *Vomicae* pulmonum accedente, etiamsi ab ore nihil purulentum expuatur, suspicandum est; in morbo necnon *Psoadico* quamvis a signis externis minime indicatum.

D E C A U S I S.

In duplicem merito distribuentur ordinem causas, a quibus inter se confocatis, nascitur hæc morbus: Primus, ea quæ morbo obnoxium reddunt corpus; alter, ea, quæ corpori jam obnoxio admota, suscitant morbum ipsam, complectitur.

I. In ordine primo causas sequentes enumerandas sunt:

1^{mo}, Habitus corporis avitus. Unicuique proclivitatem ad quosdam præ aliis morbos inesse, nemini non patet. Quam vero hoc satis pateat, de eo morali minime est opus.

In morbis compluribus, proclivitas hæc, rebus quibusdam mutatis, facile et ipsa mutatur: In paucis tamen stabilis et diuturna infidet: Atque in his, a firmorum fabricatione congenita, magis quam fluidorum dotibus, utpote quæ nunquam sibi consent, pendere videtur: Est enim adjuncta corporis exterioris formæ cuidam propriæ; et eam magis respiciens, quam fluidorum dotes. Quænam vero sit hæc solidorum fabrica peculiaris, nec ex observatis, nec ratione liquet: A parentibus ad prolem defertur; atque exinde *Phthisicum* liberi, annis laudentibus, et ipsi tabescentes, evadunt.

DE PHTHISI PULMONALI. 13

2do, Conformatio quaedam ; scilicet quae a thorace angustiori, collo longiori, humeris alatis, corpore exili et procero, constat.

3tio, Temperamentum quoddam sanguineum audiens ; seipsum, cute molli, et albicante, genis rubentibus, firmorum teneritate et lentitia, prodens : Ingeniū necnon acumine, mentis aucta levitate, et vi imaginatrice vivaciori, stipatum. Plus sentit genus nervosum, et irritanti cuicumque magis obsequitur. Tale forsā temperamentum, non secus ac innata constitutio, aliaque similia, ad solidorum fabricam primitus delineatam, referenda. Et equidem a parentibus ad propaginem, aequae ac, et corporis et oris lineamenta, mentis necnon propensiones, demitti videtur.

Idem *Phthisi* est ac *Scrophulae* temperamentum, quantum adhuc innotuit : Utrique enim adest idem vultus rubor, eademque tutis mollities et teneritas, eadem ferme corporis externa facies, firma ad eundem modum laxa et flaccientia, eadem necnon animi mobilitas, idem acumen : Eidem corpori insuper, signa non solum *Phthiseos Pulmonalis*, sed etiam *Scrophulae* glandulas conglobatas tumefacientis, saepe eodem tempore contingunt : Nam corpore a *Phthisi* marcescente, et glandulae submaxillares, et *Parotides*, imo *mesentericae* tumore adfici observatae sunt. Talia propter, inter medicos, orta est opinio, nexum, *Phthisin* inter et *Scrophulam* asperiores, arctum intercedere : Addequod *Scrophula*, sub pubertatem e conspectu decedens demum, sese apud

quaquam semper pares sint : Namque raro equidem *Catarrhus* in eum abiit ; et si quando adstantibus causa excitans visa fueret, aegro tamen defuncto, resectoque ejus cadavere, plurima in pulmonibus inventa sunt tubercula ; ideoque sola, pro morbi causa excitante, habenda ; *Catarrhus* ob haec, si quis causam esse velit, ut inter remotiores recensatur, oportet.

De *Haemoptysi* eadem ferme dicenda sunt. *Phtisis* etenim minime constanter subsequitur * : *Phtisi* autem quodcumque lethiferae praegressa sit *Haemoptysis* (nec raro praegreditur) tuberculis plerumque compluribus obsessos esse pulmones, monemur †. Tubercula igitur morbi, quam tractamus, praecipuas procul dubio causas esse, ponere fas est.

Ut haec res magis eluceat, bifariam digeratur : Et tuberculi, 1^{mis}, quae sit natura ; 2^{do}, qualis origo, differamus.

I. Quod ad primum spectat, *Hippocrati*, artis medicae auctori, minime ignota fuisse videntur tubercula quibusdam corporis partibus insidentia : Dixit etenim, quod circa pubertatem ‘ χοιράδεις, δε τ’αλλα φυμαία ‡,’ inter complures alios morbos oriri solent. Vim eorundem insuper *Phtisim* inducentem haecenus fere omnes agnoverunt medici ; Dolentes autem interea, quod, et modos quibus, vel nascentia tollerentur, vel in pejus, a mutationibus

* Vide Tulpius l. ii. c. xi.

† Morgagni de Caus. et Sed. Morb. Epist. 22. 14. 15. et etiam Morton, l. 3. c. 5.

‡ Ιπποκράτ. Αφ. Τριῆμ. τρίτ. κς’.

tationibus quas in hoc morbo subire solent, ruentia, occurrerentur, ignorarent.

Quod attinet eorum veram atque propriam naturam animum distrahunt, medicorum quae haecenus prolatae sunt, opiniones diffidentes. Glandulas lymphaticas fuisse tumefactas et induratas, existimarunt tubercula Morgagni ill. et Morton *. Alii †, contra, tales, pulmonibus esse, negantes, sententiam longe diversam in animum inducunt, utpote qui opinentur, ea quae reperta sunt minime glandulosa esse, sed ex spissata lymphâ conficta; etenim quum rescentur, laevia videntur, et quadam materie, cartilagine referente, impleta. Atque revera consentiunt ista, quae, quod ad materiam a qua conflantur, ab his observata sunt, cum iis, quae prioribus innotuere medicis. Morgagni nec iners, nec inanis scrutator, asseveravit, seipsum in istiusmodi tuberculis invenisse ‘triplicem materiam, alia (tubercula scil.) pure, alia, substantia mellea, pleraque autem, et haec quidem minora, materia steatomatosa referta.’ In pulmonibus, inquit Hoffmanus ‡, eorum, quos interemerat *Phthisis*, insederant tubercula scirrhusa, nodosa, materia tophacea, calcarea, seu putrida scatentia. A tali rerum, quibus tubercula constant haecce, varietate, ea nec lympham, ut quidam volunt, coactam, nec
spiffiorem

* Phthis. l. 2. c. 3.

† Stark. Med. Comm. vol. 1. Reid. vide Essay on Phth. Pul.

‡ Vol. 2. p. 285.

spiffiorem redditam esse, probatur saltem, si nil praeterea.

Attamen si, ut tantas lites dirimere aggrediatur, imperito venia detur, me haud leviter ad sequentem conductionem proponendam fert animus; scilicet quod, glandulas lymphaticas, vel induratas, vel quodammodo male affectas esse tubercula, a verisimilitudine minime abhorreat: Nec ab hac sententia cedendum est, ob id, quantumcunque sit, quod aliqui laborarunt, glandulas lymphaticas pulmonibus inesse, abnuentes: Namque,

1mo, Lymphaticae videntur istae subnigrae glandulae, qua in ramos diducitur *Trachea* fitae, desunt enim iis ductus excernentes*: Atque in lymphaticis pulmonum vasis, qualis in glandulis jam memoratis talis est reperta materies subnigra: Quae igitur ratio, quare pulmoni non insint penitiori glandulae, etiam si ob exiguitatem minus patentis, aegriusque degetendae sint, commonstrans?

2do, Glandulis hisce nigricantibus, apud bronchia similes repertae sunt: ‘Occurrunt,’ inquit Leber, ‘nullae et in ipsis bronchiis †.’

3tio, Quoddam certe, nec id inutile, quamvis revera non satis adhuc liqueat, natura moliens, vasa lymphatica antequam ad cor usque prevenerint, per glandulas conglobatas ubique deduxit. Quum sic, quod ad corporis reliqua se res habeant, ratio ob quam pulmoni,

‡

C

organo

* Vide Praecl. Monro praelectiones.

† Praecl. Anatom. p. 296.

organo cavernoso, glandulae fimiles, fimili modo non interponantur, minime patet.

Quoniam a talibus praemissis, glandulas lymphaticas revera pulmonibus inferi arguatur, easdem tumidas, tubercula fieri, solummodo probandum est. Quod eundem constat,

1^{mo}, Quia accuratione quam maxima observantibus *, inflammata comparuerunt. Quod si ex lymphâ spissiori constitissent, nequaquam in iis potuerit suboriari inflammatio.

2^{do}, Quia saepe, imo, ni fallor, ferme semper, quae inflammationi originariae junguntur, tubercula comitari observata sunt: Pus nempe, et istae propemodum eadem vicissitudines, ac quas inflammationes, ubicunque fuerint, haud resolvendae subeunt.

Hisce prolatis, glandulas idcirco lymphaticas tumefactas, atque obduratas, in ea quae tubercula adpellantur, abire, mihi forsan statuere liceat.

II. Paucis autem de tuberculi origine differendum. Quandocunque in pulmonibus primo nascuntur tubercula, mutationem haud semper accipiunt confestim: In exemplis quibusdam, aliquamdiu, indurescentia, schirrosa, nequaquam dolentia, cessant; neque insuper defuerunt alia, ubi eadem, in pulmonibus eorum, qui morbis ab hoc diversis succubuerunt, etiamsi viventibus fuisset nulla pulmonum affectio, fatis notanda contigerant. Nata in pulmonibus tubercula, ad quasdam mu-
tationes

* Morton, Morgagni, Hoffman, Cullen.

tationes subeundas, propter res plus minusve corpus adficientes, prout ejus in morbum propensio plus minusve recta sit, observantur proclivia. Monuerunt equidem auctores, *Catarrhum* saepius integrascentem, ad eadem inflammatione accendenda, posteaque ad suppurationem usque inducendam, valere: Agnoscitur equidem plerumque, abnuentibus perpauca, quod inardere possint: Et inflammatio corripuens ea videtur esse, quae apud medicos audit passiva; tarde enim progreditur; nec illam, quae signent acutam, comitantur: Ad suppurationem necnon, saepe imo, quantum novimus, semper spectat; atque materies exinde genita occlusa est in sacculis plerumque; tales enim sunt *Vomicae* magis magisque a rebus quas continent cumulatis, usque dum disrumpantur, turgescunt; expuitur deinceps ore id a quo conflatae erant: Attamen materies egesta, eam, quae pus laudabile nuncupatur, nequaquam refert. Complura quoque hujusmodi sunt ulcera in pulmonibus nata, nec facile sanationem accipiunt.

Haec res, scil. ulcerum natura sanantibus repugnans, collata cum ea vulnerum, quae pulmonibus alioquin secunda valetudine fruuentibus inflata sunt, et materiem laudandam ejicientia curationi cesserunt, opinioni minime a verisimilitudine abhorrenti occasionem praebuit; nempe, quod ulcerum materies horum, nociva quadam acrimonia imbuta sit; quae sanationi prorsus obstans, cuncta *Phthiſeos* signa demum inferat; eadem nec non corpori interfuisse, prius tuberculis ipsis primordio

mordio existens, quam morbus sese in conspectum edidisset. Varia haec acrimonia creditur. Talis autem saepissime videtur, qualis scrophulam comitatur; et e quidem a *Phthisi* pulmonali, una cum *Scrophula* tam saepe coalescente, ut et a *Phthisi* eos, qui impuberes *Scrophula* laboraverant, postea aggrediente, haud parum augetur hujus sententiae verisimilitudo: Proclivis insuper ad *Phthisin* strumosorum proles: Et uterque morbus eidem temperamento praecipue infestus est; *Phthisis*, postremo, strumosis oboriens, eadem, ac a tuberculis prognata, prae se fert signa.

Necnon ab *Exanthematum* acrimonia, tuberculum nasci habetur: Nec hoc vero absimile: *Variolas* etenim atque *Morbillos* subsequens *Phthisis* interdum observata est: Talium scilicet acrimonia, vel tubercula edere, vel jam edita, accendere, potest. Modus autem, quo hoc efficiat, aequae ac strumosae acrimoniae dotes, tenebris obvolvitur. Quoniam igitur hic desit aperta ratio, ad hypothetica confugiendum est; quanquam ista, falsis adeo foecunda, veri nihil ferme suggerant.

Tuberculis acrimoniam syphiliticam originem subinde praebuisse fertur. Clar. Morton, adolescentulam, postquam *Venerae Lue* pertinaci et diuturna vexata erat, in *Phthisin* pulmonalem incidisse memorat; eandem vero auxiliis idoneis, ab utroque morbo liberatam esse: Nulla, ut refert idem, signorum, quae tubercula pulmonibus agnascencia indicare solent, obviam tulere sese; Nullus adfuit dolor, nec aegre in hoc illudve la-

tus recumberet illa. Sed, quoniam *Phthisis* a tuberculis oriunda, plerumque, imo fere semper lethalis fit, inferre licet, ex tam fausto in femella exitu, tubercula adhuc nulla enata esse: Raro, equidem, me iudice, *Syphilida* subsequitur *Phthisis*: Nec unquam fortassis (ut ab Cullen *, et Morton † ipso notatum est) nisi corpus eidem valde opportunum fuerit antea.

Sunt et alia, quae quodammodo tuberculis confociantur; de iis autem, quoniam nihil adhuc satis ratum offendit adnimiratio, filere tyronem et decet, et oportet.

Apud medicos quosdam peritissimos diu percrebuit opinio, quod contagio diffunderetur pulmonalis *Phthisis*: Cum hac consentiunt multi ‡, quippe qui crederent eam ab aegrotantium halitu etiam in sanis adstantibus excitari posse. Sed aliorum experientia (saltem in his plagis) nil tale comparuit §; ii igitur, et inter eos praecipue Cullen, sententiam talem, et observationes jam recensitas,

* Vide First Lines, vol. ii. p. 337.

† Phthisiol. l. 3. c. 7. Morton inquit, 'verum, ut rem ipsam loquar, rarissime, si unquam, phthisin pulmonalem veneram observavi, praeterquam ubi pulmones jam prius obstructi, et in phthisin dispositi fuerant.'

‡ Vide Sennerti Pract. Med. l. ii. p. 202. Hoffman, vol. 4. p. 170. Schenkii Obser. l. ii. Obs. 133. River. Cent. I. Obs. 99. et etiam Morton Phthis.

§ De hac re nunc maxime dubitare cogor; quoniam exemplum quoddam et quidem notabile mihi retulit clar. Monro, in quo proculdubio constabat, *Phthisin* pulmonalem ab adfecta muliere in sanam ad morbum nec forma nec corporis habitu proclivem, communicatam fuisse.

recenfitas, prorfus refpuunt. Res equidem fortaffis aliter fe fe habeant fub fole torrenti, et a contagio va- getur morbus.

DE CAUSA PROXIMA.

De caufa proxima, paucula equidem dicenda funt. Mutationibus, quas, progrediente morbo, fubire tubercula folent, rite perpenfis, conftabit, *Vomicam* et ulcera fuccefcentia, maximi effe momenti, quod ad figna praecipua poftea generanda. Quamvis enim in quibusdam cadaveribus *Phthifi* interemptorum, ne etiam ulcera minima detegi poffint; (ficuti Willis *, et de Haen †, annotarunt); ex omnibus tamen, quae non pauca, Morgagni, Hoffmannus, Bonetus, et alii, protulerunt in medium, pulmonum altius ulceratorum, exemplis fimul affumptis, et inter fe collatis, eorundem ulcera *Phthifi* proximae caufae effe praecipuae ftatuere nefas haud videtur.

DE

* Willis de Med. Op. p. 159. ait, ' Plurimum ab hoc morbo Phthifi defunctorum cadavera aperui; in quibus pulmones, *ulcere quovis immunes*, tuberculis aut lapidibus, aut materia fabulofa, per totum confiffuerunt.'

† Rat. Med. vol. i. c. 11.

DE PROGNOSSI.

Nunquam, etiam ab ipso ortu, periculi expers est hicce morbus aestimandus : De eo autem plus minusve metuendum est, prout plus minusve, extrema versus ventum fit. *Phthiſeos* talis species, si revera speciem nuncupare liceat, habetur omnium maxime funesta.

Quum, sub primum incursum, tuffis levior agitet, nec interea graviter aut dolor, aut pulmonum male affectorum signa laceſſant ; quum nec febris cunctis propriis notis insignita, totum corpus accendat ; quum alvus sit modice adſtricta, nec marcor inficiat, subest spes recuperandae salutis ; praefertim auxiliis idoneis cito adhibitis.

Infausta autem contra, imo mortem intentans evadit *Prognosis* ; siquando talia magis adhuc ingravescant signa ; praecipue vero si, aegri viribus jam prostratis, incumbat febris *Hectica* quotidie in pejora prolabens ; si marcescens totum corpus attenuetur ; si aegre spiritus alternetur ; si in latus affectum aeger nequeat decumbere ; si tuffis valde inquietet, sputum pus referens et copiosum excreans ; si mane largus sudor eliminetur, vel alvi profluvies moleſtet, pedibus interea oedemate

24 DE PHTHISI PULMONALI

mate sufflatis, de salute merito desperandum est: Etenim talibus implicitis, vix unquam convaluit homo, quasi a manibus ipsis furreptus, et a rebus tam exitiosis, tanque letho confociatis, vivax usque.

In utero autem gerere, saepe *Phtisis* progredientem distulit: Faeminae nihilominus post partum, ab ea, iterum adhuc acrius aggrediente, interimuntur demum.

Mania *Phtisis* laboranti accedente, signa interdum mitigata sunt, interdum etiam sublata: Eadem vero decedente, *Phtisis* recruduit, et trucidavit.

EXPLICATIO SIGNORUM.

E signis haec se magis palam gerunt, aegrius illa exponuntur, et equidem sunt, quorum nulla forsan ratio haecenus prodiit. Ocurrit autem inter prima tussis, arida ingruente morbo, nec conquassans adhuc; ei causae videtur esse irritatio a tuberculis jam natis, et jam inflammandis, *Tracheae* eximie delicatam per consensum adficiens; non secus ac calculo in vesica urinaria latente, vel re quacunque urethram irritante, ad ejus os, vel titillatur vel pungitur: Aut *Sybalis* in *Dysenteria* haud dejectis, intestino Recto, et ad anum irritatio laceffit: In *Phtisi*, res similiter provenire videntur. Ast, progrediente morbo, quum pus, materiesve alia sit extuffenda
large

unt, quas aer permeaverit ; comprimitur exinde et coercetur halitus ab iis qui debuit ablegari ; nec, nisi meatibus alienis et sibi et naturae, dispergi potest : Ex hac igitur nociva fluidorum parte retenta febrem *hecticam* oriri hujus *theoriae* artifex opinatur ; remittit enim febris quum foras ista pars emanet : Ob ea igitur, tubercula scilicet obstantia halitui e pulmonibus aliter egressuro, quotidie congeritur hoc nocivum in corpore, quotidie febris redintegratur. Obveniunt autem pauca consecretaria huic objicienda : Bis enim in die crudescente febre, dubitetur, an in corpore coacervari possit, dum remittatur, tantum materiae istius, quantum ad accessionem denuo inducendam par sit ; et equidem hujus materiae debita atque necessaria quantitate concessa, restat adhuc quod, non sine causa, objiciatur : Consequitur enim ex hac sententia, quo magis pulmones obstruantur vel tuberculis referciantur, eo acrius intendendam esse febrem : Ast, utrum haec sic sese habeant, manet adhuc explorandum ; nec haecenus comparuit ab iis, quae revera exstiterunt ; namque pus saepe egeritur, quum febris *Hectica* vix orsa sit ; et necesse est, ut, a tuberculis oriente *Phtbisi*, autequam hoc egeri possit, ista tubercula non solum formata fuerint, sed et inflammationem et suppurationem subierint ; multa ante igitur tubercula pulmones obfident, quam febris ingruit : Quare idcirco, si obstructio talis ad materiem hanc in corpore cumulandam, tantum conferat, tunc temporis abest *Hectica* febris ? Revera talis opinio nequaquam explet animum ; confugiendum est

igitur

igitur ad eam, quae, a plerisque amplexa, hanc febrem a resorpto pure ortum suum ducere statuit : Nec tamen etiam pure in corpore collecto semper oritur ; id vero mite, et, ut cum *Chirurgis* loquar, laudabile videtur esse : Ast, cum acrimonia imbutum sit, facilius inquinat, et lymphatica magis stimulans citius in totum corpus resorbetur, omnigena *Hecticae* febris signa mox illaturum : Talis videtur, materiae a pulmonum ulceribus profluenti, et omnino eorundem sanationi obstanti, inesse acrimonia.

Ad *Diarrhoeam* cum sudoribus alternantem deinceps progrediendum est. Vix unquam illa profluere incipit, usquedum in praecipiti res agatur, vel saltem morbus inveteraverit : Quotidie vero a toto corpore ferme prius exudat largus humor, quam haec valde laceffit, deinceps interdum, represso sudore, divertitur ad intestina humor, et dejicitur ; cessans, iterum emanante sudore ; nempe, ob nexum seu consensum inter intestina et corporis exteriora intercedentem.

Signa praecipua haec : At quorundam aliorum ratio penitus inter arcana latet ; palam autem, ea debilitatis, marcoris, similibusque.

DE METHODÓ MORBUM TRACTANDI.

Aegre equidem expeditur, quicumque in hunc morbum incidit; ab eo tamen cura idonea, et arrecte observando praecaveri potest. Consonat, praecipue quod ad hunc morbum, sententia ista, quae inter medicos valet maxime, scilicet, quod a causis excitantibus quibuscunque, vix nisi corpore primitus, et ipso ex ortu, vel a rebus fortuitis antea, eidem opportuno, concitari possit: Non enim, nisi exquisita opportunitate, a causis excitantibus admotis, tam facile cietur morbus. Proclivitatis igitur hujusmodi cognitio maximi momenti erit medico, quippe cui, aliquem eidem propensum, ut evitet ea quae excitent, monendo, solitosque contra morbos istum praegredientes, imo fortasse gignentis, obnitendo, vitam a malo tam formidato usque ad senectutem immunem protrahi posse, fas sit ostendere. Ab eo quamvis revera ii quibus inest opportunitas adhuc propensior, nec summa cura nec omni auxilio possunt eripi; aggreditur, faevit, interimit.

Quoniam vero inter hanc morbi speciem, seu potius varietatem, de qua nunc agitur, aliasque ejusdem parum interfit, praeterquam quod haec clarius cum habitu strumoso jungatur, eadem ferme curandi, in

illa, ac in his, instituenda est methodus: Alia quidem sunt, quæ huic prodesse, illis autem nocere fuere visa. De his autem postea.

Medendi consilium, quod primo, et quasi sponte menti obvenit, ut ea, quæ excitent, evitemus, postulat: Attamen id nobis, quomodo tubercula formanda reprimamus, prorsus ignorantibus, revera inutile est.

Alterum deinde consilium se profert, ut morbi causam proximam, qualis antea est recensita, *i. e.* pulmonum ulcerationem, vel corrigamus, vel omnino tollamus, indicans: Fatendum est autem interea, quod modi, quibus hæc efficiantur, sunt nobis prorsus ignoti: Parti ulceratae, plurima admoveri non possunt, neque eandem ab aere, ulcera, innotuit enim omnibus, præcipue exasperante, tueri penes nos est. Et quamquam, ulcere ad corporis exteriora sito, se aliter habuissent, fortassis huic, aequè ac cuicumque ulceri strumoso, medendi difficultas, eadem vel major adfuisset.

In his ergo rerum angustiis, quoniam neque tubercula efformanda prævertere, neque eorum ulcera medicari, queamus, mutationibus ad quas spectant, et a quibus oritur morbus, occurramus.

Et ad hunc scopum attingendum sufficiant forsan, quæ sequuntur, consilia.

I. Inflammatio tuberculorum reprimenda est,

a. Venæsectione.

b.

24 DE PHTHISI PULMONALI.

mate sufflatis, de salute merito desperandum est: Etenim talibus implicitus, vix unquam convaluit homo, quasi a manibus ipsis surreptus, et a rebus tam exitiosis, tamque letho confociatis, vivax usque.

In utero autem gerere, saepe *Phthisin* progredientem distulit: Faeminae nihilominus post partum, ab ea, iterum adhuc acrius aggrediente, interimuntur demum.

Mania *Phthisi* laboranti accedente, signa interdum mitigata sunt, interdum etiam sublata: Eadem vero decedente, *Phthisis* recruduit, et trucidavit.

EXPLICATIO SIGNORUM.

E signis haec se magis palam gerunt, aegrius illa exponuntur, et equidem sunt, quorum nulla forsitan ratio haclenus prodiit. Ocurrit autem inter prima tuffis, arida ingruente morbo, nec conquassans adhuc; ei causae videtur esse irritatio a tuberculis jam natis, et jam inflammandis, *Tracheam* eximie delicatam per consensum adficiens; non secus ac calculo in vesica urinaria latente, vel re quacunq; urethram irritante, ad ejus os, vel titillatur vel pungitur: Aut *Scybalis* in *Dysenteria* haud dejectis, intestino Recto, et ad anum irritatio laceffit: In *Phthisi*, res similiter provenire videntur. Ast, progrediente morbo, quum pus, materiesve alia sit extuffienda
large

large, ingeminantur nisus violenti, nunc et convellentes : Stimulans enim vis ejus, quod tracheae interiori valde sentienti haeret, solito major, tussim ejectionem nequaquam leniter instigat.

Pectus gravatum, &c. proxime subeunt; oriunda scilicet ex sanguine per pulmones aegrius transmissio: Pars enim utriusvis vel forsam amborum tuberculis refertur; vel, in pus dilapsa, valde moles imminuitur; laborat ideo et gravatur ea pars quae sana superest, sanguinem solito more immixtum vix emolientem; inde necessario spirandi frequentia et molestia; inde pectus oneratur incumbente quasi pondere.

Vomitum a partu subit tertio; qui aegro equidem permolestus ventriculo inter tussendum valde succussio, forsam adscribendus est: Partim quoque forsam irritationi fauces vexanti: Valet enim saepe ea sola ad vomitum ciendum.

Ad febrem *Hefticam* proxime spectandum est. De causa hanc febrem concitante, lites inter medicos actae sunt diu et acriter: Nec etiam hodierno die convenit apud eos, quae causa sit. Plures equidem puri resorpto febrem istam adjudicare voluerunt; alii autem hujusmodi sententiam prorsus abjecerunt; fingentes interea *theorias* sibi proprias, sed quales signis responsuras opinati sunt, quamvis revera fallacis undantes. En ea *, quae sola, nuper in lucem edita, hic versanda est; viz. Tubercula pulmonibus innascentia vias obstru-

†

D

unt,

* Vide Reid's Essay on Phth. Pulmon.

unt, quas aer permeaverit ; comprimitur exinde et coerçetur halitus ab iis qui debuit ablegari ; nec, nisi meatibus alienis et sibi et naturae, dispergi potest : Ex hac igitur nociva fluidorum parte retenta febrem *hecticam* oriri hujus *theoriae* artifex opinatur ; remittit enim febris quum foras ista pars emanet : Ob ea igitur, tubercula scilicet obstantia halitui e pulmonibus aliter egressuro, quotidie congeritur hoc nocivum in corpore, quotidie febris redintegratur. Obveniunt autem pauca consecretaria huic objicienda : Bis enim in die crudescente febre, dubitetur, an in corpore coacervari possit, dum remittatur, tantum materiae istius, quantum ad accessionem denuo inducendam par sit ; et equidem hujus materiae debita atque necessaria quantitate concessa, restat adhuc quod, non sine causa, objiciatur : Consequitur enim ex hac sententia, quo magis pulmones obstruantur vel tuberculis referciantur, eo acrius intendendam esse febrem : Ast, utrum haec sic sese habeant, manet adhuc explorandum ; nec haecenus comparuit ab iis, quae revera exstiterunt ; namque pus saepe egeritur, quum febris *Hectica* vix orsa sit ; et necesse est, ut, a tuberculis oriente *Phthisi*, autequam hoc egeri possit, ista tubercula non solum formata fuerint, sed et inflammationem et suppurationem subierint ; multa ante igitur tubercula pulmones obfident, quam febris ingruit : Quare idcirco, si obstructio talis ad materiem hanc in corpore cumulandam, tantum conferat, tunc temporis abest *Hectica* febris ? Revera talis opinio nequaquam explet animum ; confugiendum est

igitur

igitur ad eam, quae, a plerisque amplexa, hanc febrem a resorpto pure ortum suum ducere statuit : Nec tamen etiam pure in corpore collecto semper oritur ; id vero mite, et, ut cum *Chirurgis* loquar, laudabile videtur esse : Ast, cum acrimonia imbutum sit, facilius inquinat, et lymphatica magis stimulans citius in totum corpus refoebetur, omnigena *Hecticae* febris signa mox illaturum : Talis videtur, materiae a pulmonum ulceribus profluenti, et omnino eorundem sanationi obstanti, inesse acrimonia.

Ad *Diarrhoeam* cum sudoribus alternantem deinceps progrediendum est. Vix unquam illa profluere incipit, usquedum in praecipiti res agatur, vel saltem morbus inveteraverit : Quotidie vero a toto corpore ferme prius exudat largus humor, quam haec valde laceffit, deinceps interdum, represso sudore, divertitur ad intestina humor, et dejicitur ; cessans, iterum emanante sudore ; nempe, ob nexum seu consensum inter intestina et corporis exteriora intercedentem.

Signa praecipua haec : At quorundam aliorum ratio penitus inter arcana latet ; palam autem, ea debilitatis, marcoris, similibumque.

DE METHODO MORBUM TRACTANDI.

Aegre equidem expeditur, quicumque in hunc morbum incidit; ab eo tamen cura idonea, et arrecte observando praecaveri potest. Consonat, praecipue quod ad hunc morbum, sententia ista, quae inter medicos valet maxime, scilicet, quod a causis excitantibus quibuscunque, vix nisi corpore primitus, et ipso ex ortu, vel a rebus fortuitis antea, eidem opportuno, concitari possit: Non enim, nisi exquisita opportunitate, a causis excitantibus admotis, tam facile cietur morbus. Proclivitatis igitur hujusmodi cognitio maximi momenti erit medico, quippe cui, aliquem eidem propensum, ut evitet ea quae excitent, monendo, solitosque contra morbos istum praegredientes, imo fortasse gignentes, obnitendo, vitam a malo tam formidato usque ad senectutem immunem protrahi posse, fas sit ostendere. Ab eo quamvis revera ii quibus inest opportunitas adhuc propensior, nec summa cura nec omni auxilio possunt eripi; aggreditur, faevit, interimit.

Quoniam vero inter hanc morbi speciem, seu potius varietatem, de qua nunc agitur, aliasque ejusdem parum interfit, praeterquam quod haec clarius cum habitu strumoso jungatur, eadem ferme curandi, in

illa, ac in his, instituenda est methodus: Alia quidem sunt, quae huic prodesse, illis autem nocere fuere visa. De his autem postea.

Medendi consilium, quod primo, et quasi sponte menti obvenit, ut ea, quae excitent, evitemus, postulat: Attamen id nobis, quomodo tubercula formanda reprimamus, prorsus ignorantibus, revera inutile est.

Alterum deinde consilium se profert, ut morbi causam proximam, qualis antea est recensita, *i. e.* pulmonum ulcerationem, vel corrigamus, vel omnino tollamus, indicans: Fatendum est autem interea, quod modi, quibus haec efficiantur, sunt nobis prorsus ignoti: Parti ulceratae, plurima admoveri non possunt, neque eandem ab aere, ulcera, innotuit enim omnibus, praecipue exasperante, tueri penes nos est. Et quamquam, ulcere ad corporis exteriora sito, se aliter habuissent, fortassis huic, aequae ac cuicumque ulceri strumoso, medendi difficultas, eadem vel major adfuisset.

In his ergo rerum angustiis, quoniam neque tubercula efformanda praevertere, neque eorum ulcera medicari, queamus, mutationibus ad quas spectant, et a quibus oritur morbus, occurramus.

Et ad hunc scopum attingendum sufficient forsan, quae sequuntur, consilia.

I. Inflammatio tuberculorum reprimenda est,

a. Venae sectione.

b.

- b. Regimine *antiphlogistico*.
 - c. Refrigerantibus.
- II. Sanguis a pulmonibus avertendus est * ,
- a. Exhalationem per cutem augendo,
 - aa. Indumentis idoneis.
 - bb. Exercitatione, qualis scil. musculos non nimis valido concitet.
 - cc. Corpus in temperie modica et aequabili fervando,
 - b. Exinanitionibus ex quibusdam corporis partibus ; quae efficiantur,
 - aa. *Epispasticis*, setaceis, fonticulis.
 - bb. Sanguinis detractione topica.
 - c. Emeticis.
- III. Mitiganda sunt quaedam graviora signa, scil.
- a. Tuffis,
 - aa. Opio.
 - bb. *Demulcentibus*.
 - b. Diarrhoea,
 - aa. Opio.
 - bb. *Astringentibus*.
 - cc. *Mucilaginibus*.
 - dd. Acidis.

I.

* Clar. Physiologus de utilitate hujus consilii valde dubitat ; nam quoniam necesse est ut omnis sanguinis per pulmones transeat, nihil est in quam corporis partem divertatur : Talis igitur ratiocinatio parum beneficiorum, quae certe ab hujusmodi remediis proveniunt, causam attingit.

I. a. Ineunte morbo, quum jam pectus dolor afficiat, gravetque oppressio, quum spirandi adfit difficultas, febre interea quasi magis ad inflammationem spectante, celebranda est venaesectio; etenim tubercula tunc praefertim accenduntur. Auxilium tale in hoc morbi stadio praecipere solent medici fere omnes; iterandum revera, usquedum signa paulum minuantur, nisi vel magis adhuc langueat pulsus, vel debilitas universa atque marcor ingravescentes prohibeant. At quum morbus sit provectior, et corpus emacietur valde, aut nunquam aut rarissime, nec sine observantia summa, utendum est idem; utpote quod, etiamsi cruciatibus levissimi fugaci quidem et levi sit, vires tamen aegri deficientes jam pridem, magis usque frangendo, mortem citius infert. Variet autem sanguinis mittenda quantitas, prout diverse se habeant aegri aetas, sexus, robur, mores quibus antea consueverat, signorum necnon violentia, et anni tempestas: Atque ex iis simul assumptis praebetur morbi tractandi norma, multo praestantior ea quam scriptores * quidam non immerito celeberrimi, fancitam vellent: Scilicet quod, in hebdomade sanguis bis terve, aut aliis quibusdam temporibus certis, detrahendus; quasi semper ejusdem faciei esset morbus, et eadem signa semper proferens, cursum eundem temporis eodem spatio constanter perageret.

* Sydenham Proc. Integ. Boerhaave in Aph. 1200. dixit, morbum curari posse 'Venaesectioe larga 3tio quoque die ad 4tum usque vicem repetita, vel donec crusta inflammatoria integre disparuit.'

geret. Neminem vero latet, quam longe aliter omnia solent evenire: Quo maturius igitur signa vel in pejora ruant, vel secunda polliceantur, eo citius mutanda est curatio. Et, si quando ea, quae pulmones laborantes signant, a generali sanguinis detractione parum subleventur, ad remedia ejusmodi localia, quantum liceat, nosmet recipiamus; de his autem postea.

I. b. Regimine quoque *antiphlogistico* sub morbi exorsum utendum est: Evitandus calor fervidus, *Diatbesin Phlogisticam* intendens: Sint animi adfectus suaves, lenes, nec unquam violenti: Moneatur aeger, ut molestiam et aerumnas, pariter ac furorem, aufugiat: Sedulo etiam est cavenda exercitatio, quaecunque musculorum validiora conamina postulet. Hujusmodi autem regiminis pars nulla magis quam aegrotantium diaeta medicorum attentionem vindicat: Eandem enim, nec plus justo tenuem aut jejunam, ut et haud nimis nutrientem, ut stimulo validiori praeditam oportet esse; atque talis est lactea, in seculis jamdudum elapsis collaudata: Quae saepius et largius quam hodierni, usi fuisse videntur antiqui medici. Animalium et ruminantium et aliorum lac medicis in usu fuit: Asinarium autem omnibus fere aliis antetulit experientia; quia nec coagulis tam cito, quam alia, conspissatur, nec idcirco tam facile in ventriculo cogitur: Quinetiam ei inest plus, pro rata parte, sacchari, minus autem casei, et butyri, quam caeteris: Atque propterea digestu est magis aptum. Si vero lactis asinari quantum sufficiat, non in promptu sit, humanum aut equinum

quinum omnibus aliis, eo excepto, longe praecellunt : Attamen nec large nec facile consequenda ; in locum igitur eorum sufficiatur vaccinum. Incommoda, a lacte coacto oriunda, evitandi forsan gratia, serum praecipue caprini praeceptum est ; ob virtutes ejus eximias laudibus, in quibusdam *Angliae* et *Cambriae* partibus, insignitum.

Omnia haecce parum stimulantia, nutrimentum solummodo mediocre impertiuntur ; *Diatbesin* ideo *phlogisticam* parum foventes, pulmones haud ulterius accendunt : Leniter praeterea alvum plerumque liquant : Et equidem ut ea, morbo inchoante, liquetur, necesse est.

Si autem ventriculus acido exundet, adjiciantur lacti, vel terrae *alkalinae* ad istud obtundendum, vel sales quidam : Nec desint jam memoratis, farinarea, *sago*, *salep*, aliaque id genus, leniter quae stimulant, modiceque alunt *. Aegro quoque fructus maturi nec parce ad aestus febriles compescendos permittantur. Sin vero vix sat regimine isto et diaeta solvatur alvus, quae laxent, sicuti *Rhabarbarum*, *Manna*, *Senna*, &c. adhibenda ; eadem autem prope morbi exitum perniciofa sunt, et sedulo fugienda.

†

E

Eodem

* Professor ex Gregory in Praelectionibus clinicis, memorat, seipsam *Phthisin* a quibusdam propulsasse commutando dietam talem imbecillam cum validiori, nempe carnibus et mero. Quaeratur inde, annon, quodocunque certiores sumus *Phthisin* cum *Scrophula* conjungi, regimen magis solito roborans, aegris talibus adhibere licet ?

Vid. Confp. Med. Theor. Gregor. vol. 2. p. 351.

Eodem collineantes, praescribimus aegro remedia quaedam, scil. I. b. refrigerantia : Aft nitrum, et acida mineralia et vegetabilia refrigerant : Nativum vero acidum vegetabile cunctis hujusmodi anteponendum : Non solum corporis calorem temperant eadem, sed etiam putredinī fluidorum prorsus, ut fertur, obstant : Necessē est, autem, si fauces irritantia, tuffim cieant, ut confundantur cum quibusdam mucilaginosīs ; qualia sunt, *mucilag. sem. cydonior. infus. sem. lini*, vel cum *emulsion. amygdal. dul. aut sem. papav. alb †*.

Attamen, progrediente morbo, cum jam febris *Hæctica* aegrum invaserit, omnia hæctenus memorata remedia parcius admovenda sunt : Marcor enim nunc, atque debilitas curam medici omnem sibi arrogant. Augeſcunt multa in hoc corporis ſtatu adverſa ſigna, et ideo vires, quantumcunque liceat, ſuſtentandæ.

II. Quoniam ſanguis quomodocunque ad interiora pulſus, morbos apud ea inflammatione ſignatos præcipue adauget, conſilium hic poſitum utiliffimum fore conſtat : Ad pulmonum vero, multo magis forſan quam ad ullius organi interioris morbos, recte ſpectare hoc videtur. Eorundem enim parte quacunquē tuberculis obſeſſa, atque propterea ſanguinis ibi circuitu impedito, in vaſa ſana erit immiſſa quantitas ſolito major : Sin autem tubercula jam ceperit inflammatio, ab ejuſdem tranſmeantis aucta quantitate augebitur et illa : Proſecto igitur, quæcunque auxilia ſanguinem ad
exteriora

† Fothergill Med. obſ. et inq. vol. iv. p. 289.

exteriora divertant, pulmonibus plus minusve levamini erunt.

Divertitur autem sanguis ad superficiem vestimentis idoneis, scil. (II. a. aa.) indusio laneo proxime cuti applicato, ut corporis calor proprius contineatur; et cutis ob eum vasis laxatis, materia exhalanda facilius emanet: In hac enim regione, coeli temperies saepe et cito mutatur, adeo ut aer calidus subito frigescat, viceque versa, igitur necesse erit, ut simili modo varietur exhalatio. Nunc ideo sudore corpus madet, nunc frigore horrescit. Debilibus atque teneris haec sanguinis distributio inaequalis vix potest non nocere; exinde forsan in hac insula frequens et lethalis grassatur *Phtisis*. Cavendum est igitur aegroto, ne calori magno, cutis meatu nimium recludenti, nec frigori eisdem coarctanti, seipsum objiciat.

Ad idem quoque Exercitatio (II. a. bb.) prodest; verum de genere ejus aptissimo haud apud medicos convenit. Hi, ut sagac. Sydenhamus, equitationem commendarunt: Illi autem contra, agitationem eam, quae inter navigandum fit, laudibus extulerunt. Videtur autem mihi, quod ab equitatione, sub morbi initium, omnia quae ejus malignitatem signant, in pejus prolabantur; quin etiam, proveciori morbo, vires collabentes et marcor nocebunt equitanti. Sin autem contrariae sint res, leniter quidem, et citra lassitudinem, equitare licet; exercitatio quanquam haecce, musculos quosdam valide exercens, vix tantum adfert commodi, quantum defatigationem ab ea orientem compenset.

penfet. In rheda vehi, me iudice, per vias planas longe praefat ; multo melius enim debilioribus convenit gestatio talis. Navigationem infuper quidam, atque motus ei neceffarios, valde laudaverunt. A Gilchriſt * medico perito, de beneficiis a curſu maritimo acceptis, et aegris quaſi ab ipſa lethi domo ſurreptis, proferuntur multa : In propatulo nequaquam modus quo proficitur a mari tantum ; nec enim, ut alii volunt, exercitationi, nec niſui fere perpetuo vomendi ſolis, ſunt adſcribendi fruſtus. Sed rectius forſan aeri, qui oceano incumbit, magis ſincero ; eidem, necnon, quod ad temperiem, magis aequabili.

Utcunque vero haec ſint, tentandum eſt mare, ſi vires aegri ſufficiant.

II. a. cc. Porro, ut mala a cutis halitu ſuppreſſo oriunda evitentur, ad regiones coelo modice calido, atquabili, et fereno gaudentes, nec aquilone ſubito perſtriſtas, eundum eſt. *Galliae* pars auſtralis, *Italia*, *Luſitania*, *Maderae* necnon inſulae, huic conſilio potiffimum convenientes eſſe dicuntur : Atque revera in eas regiones *Phtifiſi* complures, non ſine feliciffimo eventu, confugerunt : Aetate ſub Jove tam benigno quaſi integrata, *Phtifiſi* evaneſcente, viribus reſumptis, pulmonibus fere liberatis, vita necnon uſque ad ſenectutem ſaepe perducenda. Suadendum igitur hoc, quum pares ſint aegri vires.

H.c

* On the uſe of ſea voyages, &c.

Hic competit admonere aegros, ut sub hoc nostro mutabili coelo, magisque fortassis in calidiore, a vespere aestivo madido et irrorante, ut et hyemali admodum frigente, caveant, atque ab eo, quantum possunt, seipfos tueantur; multa etenim mala incautis frigus vespertinum attulit.

Fugienda sunt quoque urbes et oppida, ubi mortaliū glomerantur millia; utpote quorum aër focus, plurimis fumantibus, omnigenis vaporibus, atque hominum innumerorum, et sanorum et morbis tabentium, halitu, quam maxime inquinatur. Ast optanda sunt loca procul ab urbibus; quorum aër non valde friget, quaeque nec aspero Boreae, nec Euro patent; sed afflantur Austro leni et tepido. Absint quoque paludes halantes, profundaeque sylvae.

II. b. aa. Locales praeterea exinanitiones quaedam, ad sanguinem a corporis interaneis divertendum, haud parum conferunt, *Epispastica*, scil. setacea, et foniculi; profuerunt etenim in pectoris sublevandis morbis. Inchoante igitur morbo admoveantur, quum, jam a pectore inter tuffiendum magis dolente, tubercula inflammanda videntur esse. Ad haec remedia quoque decurrendum est, si, venaesectione saepe in cassum celebrata, auxilioque ferme omni alio irritato cedente, manent adhuc pulmonis laesi signa: Atque haec, quam proxime parti, quae male se habet, applicanda sunt; ulcusque, quod faciunt, apertum, ope cujusvis unguenti stimulantis, fervandum.

Quum

Quum vero pulmonum et dolentium atque gravatorum, signa nequaquam, venaesectioni auxiliisque aliis antehac memoratis, cesserint, cucurbitulis cruentis juxta partem male affectam admotis, sanguinem detrudere fortasse proficit; convenit autem tale remedium praecipue cum, quoniam sanguinis detractio generalis aegri vires frangere solet, debilitatis ab ea auctae periculum urgeat.

Emetica (II. c.) insuper, quae sanguinem ad corporis exteriora propellere probata sunt, initio praesertim morbi, ad tale consilium perficiendum valere, nequaquam absimile est: Commodum quoque forsan praestare possunt, ventriculum a saburra liberando. Atqui revera cum istis †, qui valde crebro iisdem uti vellent, consentiendum est nequaquam: Ventriculo enim signa, quae *Emetica*, ut censent illi, postulant, in *Phthisi* vix unquam adsunt; nam cibum appetit et concoquit aeger; atque ideo vix iisdem opus est. Vomitus praeterea assiduus, ventriculo, et toti ideo corpori, atoniam non illaturum, mihi haud liquet. Sed atonia illa, et ejus debilitas, sunt semper et sedulo evitandae. Et certe, in *Phthi*seos stadiis ultimis, vomendi nifus delumbes tunc aegros lassantes, maximae pernicii erunt.

Quaedam vero, cum jam in periculo summo versetur, nec superest spes restaurandae sanitatis, sola medici attentionem vendicant. Ea enim sunt mitiganda,
quae

† Reid on Phth. Pulmon.

quae ipsum quasi obitum molestant, dies inquietant, et taedio protrahunt noctes. Inter ea est tuffis, Opi^o (III. a. aa.) pacanda: Non autem sub mali initium, quum inflammationis pulmones accendentis maneant signa, ob *Diathefin phlogisticam* ab eo auctam, adhibendum est hoc medicamentum: Subministrandum nunc equidem, rebus omnino versis, quia tuffim leniat, consilietque somnum. Ac, quamvis sputum mane iterum facilius excernendum, paululum reprimat, sudoresque nocturnos largius emanare faciat, moribundo nihilominus levamen haud exiguum adfert; et idcirco praestans est*.

Ad tuffim quoque levandam, suadenda sunt ea, quae *Demulcentia* (III. a. bb.) appellantur; atque ex his *Mucilaginosae* potius quam oleosae; rancida enim fieri solent haec; ideoque nimis irritantia fastidium inducunt. Conveniunt autem *Mucilaginosae*, folia tuffilaginis, sem. cydonior. lini, amyllum †, rad. althaeae, g. Arab. et tragacanth. mucilagines, sub variis formis usurpata.

Opi^o (III. b. aa. insuper *Diarrhoea* cohibenda est: Ad hoc igitur consilium, ut et illud, adhibendum. Sumenda quoque, quae modice astringunt (III. b. bb.) qualia sunt alumen, creta, corallium, cc. quaeque ab iis parantur; ut etiam gum. kino, sang. draconis, terra Japonica, multaue hujusmodi.

Muci-

* Cullen's first lines, vol. ii. p. 422.

† Clar. Home's Clinical Exp. p. 121.

DE PHTHISI PULMONALI.

Mucilaginosus (III. b. cc.) praeterea jam memoratis (III. a. bb.) utendum : Cum quibus annumerari potest *Lichen Islandicus*, ob ejus, quod ad *Diarrhoeam* compescendam, et tussim sedandam, dotes valde celebratus.

Acida (III. b. dd.) quoque ad alvum sistendam perutilia sunt, ut et ad sudores nocturnos coercendos. Ex iis acidum *vitriolicum* vi ejus antiseptica humoribus obstat putrescentibus, corporis calorem temperat, sudoresque liquantes cohibet ; valentius autem adstringentibus quam aromaticis conjunctum videtur esse *. *Haecicis* necnon insigniter profunt, quia *antiseptica* sunt acida *Vegetabilium* propria, fructuum nempe subacidorum †.

Restat hic solummodo, ut pauca de remediis quaedam, in hoc morbo nonnunquam adhibitis equidem, sed qualia vix inter consilia jam recensita convenerit amplecti, proferam ; atque ea sunt cortex *Peruvianus*, aquae quodammodo medicatae, balsama, et resina, *Hydrargyrus*, et *cicuta*.

Vix unquam prodest, quanquam saepe in *Phthisi* usurpatus fuerit, cortex *Peruvianus* : Adeo ut inter medicos eundem haud raro nocere conventum sit ‡ : *Dyspnoeam* intendit, dolorem atque tussim adauget :
Haec

* Fothergil. *sagax. med. obs. et inquiries*, vol. v. p. 345.

† Cullen's *first lines*, vol. ii. p. 423.

‡ Ibid. *first lines*, vol. ii. p. 420. Fotherg. *med. obs. et Inq.* vol. v loco jam citato. Home's *cl. exp.* p. 120.

Haec vero praecipue efficit inchoante morbo ; nec unquam eo provectiori, quamvis in matutinis febris *hecticae* remissionibus assumptus accessioni exinde sequenti occurreret, febrim omnino sustulit : Illa enim denuo in pejus ruens, cito recruduit.

Nec defuere qui crediderunt, quasdam aquas, seu natura seu arte medicatas, multum in hoc morbo profecisse. Maxime inter has notantur aquae *Bristolienfis*, et *Seltzeranae*, utpote aëre fixo imbutae : Istae praeterea quae apud *Matlock* scatent, quamvis iis aër *fixus* haud adfit, commendantur. Aër necnon iste *mephiticus* inhalatus, id quod expuitur reddit minus foetidum, magisque idcirco, ut loquuntur *Chirurgi*, laudabile *. Corpus quoque firmat † ; exinde laudes.

Stimulant autem nimis, propter olea sua essentialia, vaporesque eorum quos edere cogantur, balsama et resinae ; ideoque hodie evitantur. Immo nunquam profuit, aliquando fuit detrimento G. Myrrha ‡, nuper tantum quod ad *Phthisin* laudatum.

Hydrargyrus, postremo, ulceribus externis adeo utilis, *Phthisicorum* pulmonibus labe tali correptis, nil attulit commodi : Stimulat enim nimis, inflammat, et propterea nocet.

Nec, quanquam efficax in ulccribus pravis, cicuta, *Phthisicos*, quantum novimus, unquam juvit.

* Percival's Essays, vol. 2. p. 72. † Home's Cl. Exp. p. 125.

‡ First lines, vol. ii. p. 419.

E M E N D A N D A.

Pag. 4. lin. ult. *pro frebris lege febris.*

5. 4. *pro haec lege hac.*

5. 12. *pro fiunt lege fiunt.*

6. penult. *pro frebrem lege febrem.*

11. 11. *pro Accid lege Acid.*

17. 24. *pro prevenerint lege pervenerint*

24. 13. *pro occurrit lege occurrit.*